

re respondeat aliqua mutatio, ergo, &c. Respondent aliqui, eam voluntate habere mutationem aliquam ex parte creature, non quidem in ipsa gloria, quia hæc non conceditur omnibus, sed in auxiliis & mediis sufficientibus ad illam, & hanc mutationem sufficere, ut possit dari ea voluntate libera in Deo respectu mediatorum, quam solutionem amplectitur Amicus dicitur, 16. cir. sec. r. n. 19. ubi proinde dicit, hanc voluntatem esse formalem, & æqualem in Deo respectu mediatorum tantum, respectu vero gloriæ esse solum virtuales, quatenus includitur in mediis & sic dicendo videtur stare pro secunda sententia, non autem pro tertia, quam in conclusionibus profiteri videbitur. Sed quicquid sit de mente Auctoris hujus ad maiorem dico, ad actum Dei liberum sufficere, quod in re voluta aliqua saltem objectiva mutatio correspondeat, & quidem absolute futura realis, & physica in tempore, si actus Dei liber sit absolutus, & solum futura conditionata, si actus divinus est solum conditionatus, ut est in proposito de voluntate generali Dei dandi gloriam, quare huic volitioni conditionatæ correspondebit objectiva mutatio in gloria illi proportionata, ut universali- ter dictum est de intentione, quæ sequitur in objectis volitis, ex decretis divinis conditionatis dicitur n. 184. & dicitur n. 262. Sed contra hanc solutionem instat Arriaga dicitur, 25. n. 29. quod sit improbabilius, quia voluntas illa Dei generalis absolute existit de presenti, quia quilibet effectus volitionis ergo mutatio conditionata actu liberum, sicut actus ille absolute existit, ita quoque talis mutatio in gloria actu existere deberet, nam si actus non existit, sed existere, hoc solum sufficit, ut constitueret actum liberum in Deo, quando conditio ex parte creature potest necesse in esse, non autem sufficit, ut actus illam volitionem de presenti in Deo constituat; quare ipse concludit, mutationem physicam non requiri ex parte creature pro constitutione actus liberi in Deo. Respondendo, neque nos requirere mutationem physicam actualem in creatura, ut actus liberi constituantur in Deo re ipsa existentes ab æterno, sed dicimus sufficere objectivam, quæ etiam sit aliquo modo realis, non quidem præsens ab æterno, sed talis futura in tempore, absolute quidem, si decretum de re futura sit absolutum, conditionatè vero, si decretum sit tamen conditionatè, quare negatur omnino illa paritas, quod sicut actus liber absolute existit Deo ab æterno, ita quoque sit opus, mutatione ex parte creature de hæc esse actualem, & præsentem ab æterno, sufficit enim, quod ab æterno talis mutatio ex parte creature sit actualis actualitate objectiva, non autem reali, & physica, ut fusc declaratum est locis supra citatis; Tum quia licet ex vi illius conditionatæ voluntatis gloriæ omnibus communicandæ nulla possit ex parte gloriæ assignari mutatio absolute futura, quia non omnes salvabuntur, tamen assignari potest ex parte mediatorum, quæ de facto omnibus conferuntur ad gloriam consequendam, & hæc mutatio sufficit, ut possit dari actus liber Dei immediate terminatus, necdum ad media, sed etiam ad gloriam ipsam. At rursus instat Arriaga, neque talem mutationem in mediis sufficere, quia respectu multorum, ut v. g. infantium in utero materno morientium, ac Ethnicorum, neque quoad media sit mutatio, unde ex eorum electione ad gloriam nulla profus sequitur mutatio etiam in mediis, quam si non essent electi, quia illis nullum medium nec sufficiens immediate conceditur ad salutem. Respondendo, falsum esse Gentilibus, ac parvulis in utero materno morientibus, Deum non dare auxilium sufficiens ad salutem saltem remotè, ut constat ex dictis, quod sufficit, ut ex vi illius generalis voluntatis aliqua mutatio sequatur in mediis etiam respectu ipsorum, at tamen, ut dixi, quando etiam nulla profus absolute sequatur mutatio nec in mediis, nec in fine ex vi voluntatis illius ad hoc, ut detur in Deo, sufficit, quod talis mutatio sit futura conditionata in mediis, vel in gloria, cum talis voluntas non nisi conditionata ponatur, talis enim mutatio existit ex parte creature, qualis est natura actus liberi in Deo, virtute cuius mutatio sequitur in creatura.

Terchio arguit Vulpes cir. d. 33. art. 10. n. 5. si Deus haberet voluntatem immediate terminatam ad gloriam omnibus communicandam, hoc præferretur esse, quia omnibus dat sufficientia media ad eam comparandam; at hinc non sufficienter colligitur, quia illa non vult omnibus, ut media formalia ad illum finem, sed tantum materialia; ergo, &c. probatur minor, quia sicut non sit in omnibus prædestinationis effectus, ita non in omnibus volita sunt, ut media formalia ad gloriam consequendam prius in ordine intentionis à Deo volita, & intèta, nam media, quæ in ordine intentionis preparatur ad aliquè finem immediate volitum, in executione cum effectu còducunt ad illum finem. Tum 3. cum prædestinatio non fiat ex prævisis meritis, quia est opus merè gratuitum, sequitur, omnes homines æqualiter divine voluntati offerri in puris naturalibus, quorum quis tantum, quos efficaciter vult salvos, vult pariter immediate gloriâ, & erga alios tantum merè negativè se habet; ergo ex nullo capite colligi potest, Deum habere actum voluntatis immediate ter-

minatam ad gloriam omnibus communicandam. Tum 3. quia satis est in Deo ponere voluntatem absolutam immediate terminatam ad auxilium, amnia, ut testimonium Pauli verificetur; ergo frustra ponitur alia conditionata ad gloriam immediate terminata. Tum 4. quia hæc voluntas maximam poneret imperfectionem in Deo, nam esset beneplaciti, & non impleteret, & tunc verè diligeret omnes in ordine ad gloriam in re omnibus communicandam, & tamen quia non omnes cum effectu salvarentur, sequitur, quod non verè omnes diligeret, aut quod non esset potens ad salvandū omnes, quæ enim verè Deus diligit in ordine ad existentiam, tanquam ad effectum immediate ab eo volitum, sua omnipotentia efficaciter executioni mandat. Tandem hoc in Deo manifestam arguit contradictionem, ut idem simul velit, & non velit, ex hoc enim, quod dicitur, Deum verè habere actum volendi immediate terminatum ad gloriam omnibus communicandam, sequitur, quod omnes amet, & ex testimonio Pauli ad Rom. 9. de Jacob, & Esau, cum nondum nati essent, vel aliquid boni, & mali egissent, Jacob dilexit, Esau autem odio habuit, sequitur oppositum, Deum scilicet odire Esau autem prævisionem demeritorum; ergo simul eundem diligeret, & odiret.

Respondendo negando minorem, constat ex dictis n. 15. ad probationem dico ex hoc, quod auxilia gratiæ non sunt in omnibus prædestinationis effectus, non rectè inferri, quod non detur omnibus, ut media formalia ad finem consequendum, sed tantum, quod non dentur, ut media efficiat, & falsum est loquendo universali, media, quæ in ordine intentionis ad aliquè finem immediate volitum preparatur, in executione cum effectu ad illum finem conducere, hoc nâque tantum verificatur de mediis efficientibus, & ad finem efficaciter intentionis. Ad 2. sapius dictum est, duplicem dari in Deo voluntatè, antecedentem, & consequentem, illa est, quæ vult aliquè, quantum est ex se, & hæc duo connotat, scilicet gratiam gratis datam universalem, & præventionem, & hæc absolute, deinde beatitudinem conditionatè, si scilicet natura libera convenienter se se disposuerit ex parte sui; voluntas consequens est, quia Deus vult aliquè absolute, & efficaciter, omnibus, præfatis conditionibus etiam ex parte nostri; prædestinatio autè, & reprobatio pertinent ad voluntatem consequentem, non verò antecedentem; itaque creature rationales, quæ aliquando futuræ sunt in rerum natura, voluntati antecedenti offeruntur in puris naturalibus, æqualiter, & per eam voluntatem Deus eas ordinat ad finem supernaturalem, ratione cuius ordinationis beatitudo supernaturalis est nobis aliquo modo debita, alioquin ejus privatio in damnatis pena non esset, imò neque vera privatio aliorum boni debiti, sed meta negatio, quia beatitudo debita non est creature rationi in puris naturalibus constituta, sed tantum ut elevat ad finem supernaturalem; deinde voluntati divinæ sic ordinata, & elevata offeruntur, ut specialiter, & efficaciter ad gloriam destinata, vel ad penam, quicquid ergo sit modo, prædestinatio fiat ex prævisis meritis, quævis verum sit, prædestinatio tamen voluntate Dei gloriâ immediate efficaciter, & voluntate absoluta, & consequenti, at tamen voluntate antecedenti, & conditionata est voluntas omnibus immediate etiam reprobis, alioquin non omnes ordinati fuissent in finem supernaturalem; Ad 3. negatur assumptum, nam ut constat ex dictis num. 17. sententia Apostoli non facit sensum proprium, nisi talis voluntas salvandi omnes intelligatur immediate, & directè ad omnium salutem terminata. Ad 4. negatur assumptum, cum ejus probationibus satis constat ex dictis n. 7. & 20. ubi etiam declaratum est, quo sensu hæc voluntas possit dici beneplaciti, & quo non. Ad ultimum negatur consequentia, ad probationem dico (quicquid sit modo de intelligentia illius auctoritatis Rom. 9. de qua quæ seq.) inde sequi tantum, Deum amare omnes voluntate antecedenti, & amore inefficaci, & non amare omnes voluntate consequenti, & amore efficaciam quo nulla est contradictio; & planè de odio positivo etiam Vulpes ipse concedit n. 7. in fine auctoritatem illam explicari non posse, quia hoc sequitur tantum prævisionem demeritorum; quod si inesse, falsum odium negativum, scilicet non dilectionem præcedere demeritorum prævisionem, quamvis hoc sit dubium, pro solutione argumenti pro nunc dicendum id intelligendum esse de odio negativo, prout excludit dilectionem inefficacem, & absolutam, non autem inefficacem, & conditionatam, & rursus neque in hoc ulla apparet repugnantia, quod idem Esau à Deo diligitur dilectione inefficaci in ordine ad gloriam, & non dilectione efficaci, & absoluta, quæ prædestinatis tantum convenit.

Postremò cõtra explicationem tertie sententiæ datur in tertia conclusione, quod hæc voluntas sit conditionata in Deo ex parte objecti, nempe si quis, cui media preparantur, cooperari voluerit, arguitur, quæ ex tali positione sequitur, Deum non habere voluntatem consequentem concurrentem nobiscum ad nostræ salutis cõsecutionem, nisi prævisâ cooperatione causæ secun-

dæ; & ita asserendo labimur in sententiam de prævisione conditionata determinationis ex parte causæ secundæ, ante decretum absolutum divine voluntatis superius impugnatam disp. 3. qu. 3. & 4.

Respondendo negando consequentiam, nam adhuc in sententia nostra de divini decreti concomitantia verum manet. Deum concurrere cum mediis, causisque salutis, si concurrerent ipse causæ secundæ, ut docet Scotus 2. d. 37. q. 2. ad solutionem illorum, non enim sensus est, ut notat Smilinch. tr. 3. d. 5. q. 2. nu. 47. quod una alteram, vel alterius concurrere determinaret, adeoque unius de terminatio determinationem alterius expectaret, sed quod unius concurrere alterius concurrere determinaretur, unde conditionalis illa si concurrerent causæ secundæ, non importat conditionem antecedentem etiam secundum rationem, quemadmodum Recentiores scientiæ mediæ assertores dicebant, sed conditionem concomitantem, eo modo, quo de causis subordinatis dixerunt, subordinantem actum, si ageret subordinatè v. g. Solem generaturum hominem, si homo generaret hominem, intellectum cognitionem pariterum, si objectum concurreret, quod de antecedente conditione intelligi non potest, sed solum de concomitante largè loquendo de conditione, quod adhuc fufius ibi declarat Smilinch.

Deinde arguitur contra id; quod in eadem assertum conclusionem, voluntate salvandi omnes esse efficacem saltem inadæquate, quantum scilicet est ex parte Dei, nam tamen voluntas ex parte Dei non sufficit ad executionem salutis omnium; sed requiritur ad executionem aliud Dei decretum proxime dicitur concursus Dei ad actionem communem, ipsius, & causæ secundæ, quod decretum est voluntas consequens, & illud Deus modo non habet, nisi respectu salutis electorum, haberet autem ex vi præsentis voluntatis antecedentis etiam respectu aliorum, si talis causæ essent futuræ determinatè, ad cooperandum aliorum salutis; cum ergo aliud distinctum decretum ab hac voluntate antecedente requiratur ad hanc executionem ex hypothesi, quod poneretur desiderata conditio, sequitur, voluntatem hanc antecedentem salutis omnium dici non posse de se efficacem, quantum est ex parte Dei.

Respondendo negando assumptum, quod scilicet posita, & purificata conditione ad executionem salutis omnium requiratur novum decretum absolute, distinctum à priori conditionato, quia ut diximus disp. 3. n. 262. de quoque; decreto conditionato in universum, posito casu, quod aliquod futurum conditionatum transeat in absolutum purificata conditione, planè transeat ad talem statum non ex vi decreti conditionis, nequialiter novi decreti de ipso, sed vi solius decreti conditionati prioris, quod in re profus immutatur, sola intellecta mutatione, & purificatione conditionis, transeat de conditionato in absolutum, & causæ esse absolutum in effectu, quare supra diximus, voluntatem antecedentem, & consequentem non semper circa diversæ, ac opposita objecta versari, sed interdum versari posse circa idem objectum, ita quod eadè voluntas quæ dicebatur conditionata ante purificationem conditionis, & antecedens, post eam dicatur absoluta, & consequens, facta tantum mutatione ex parte conditionis; Deinde concessio assumptum, adhuc negari potest consequentia, quia etiam si requiratur aliud distinctum decretum ad executionem salutis omnium, posita desiderata conditione, cum tale novum decretum ponatur ex vi prioris voluntatis, sufficit talis voluntas antecedens dicatur efficaciam, quantum est ex se respectu executionis effectus; & hoc modo explicat Smilinch. loc. cit. efficaciam voluntatis salvandi omnes, quantum est ex parte Dei, nam eo ipso inquit, quod voluntas antecedens immediate est efficax respectu voluntatis, quæ inesse postea conditione, etiam mediatè est efficax respectu effectus, qui fiet per voluntatè consequentem, nam quod dici solet, rem, quæ est causæ causæ, esse causam causati, maxime verum est de effectu causati intento per causam causam. Et hæc quoque causa solutio re vera sufficit ad salvandam efficaciam voluntatis conditionatæ, quantum opus est ad tale genus efficaciam, quia ad hoc sufficit, ut volens aliquid sub conditione, itam purificata conditione sese applicet ad ejus consequentem, sive id faciat immediate ex vi illius prioris voluntatis conditionatæ, sive mediantè alia voluntate absoluta ex illa consequente; Verum tamen, quia hæc secunda solutio divertere videtur ad opinionem Vasqu. n. 3. relata dicitur, voluntatem antecedentem non esse efficacem ullo modo respectu salutis, sed tantum respectu voluntatis consequentis, quæ inesse postea conditione, prior responso magis arctidè; esto Smilinch. cit. dicit, Vasqu. male talem voluntatè antecedentem appellare efficaciam inefficacem, respectu salutis omnium, quia si hæc causanda est per voluntatem consequentem, quæ inesse postea conditione, cum hæc voluntas consequens sequeretur ex voluntate antecedenti modo præsentè, consequenter talis voluntas antecedens modo existens dici debet efficaciam quantum est ex se respectu salutis omnium saltem mediatè.

Alia difficultas, quam urget Arriaga disp. 25. n. 26. contra efficaciam voluntatis Dei salvandi omnes conditionatè, & quantum est ex parte sua, soluta est supra n. 11.

QUESTIO SECUNDA.
An electio efficax ad gloriam sit antè, vel post meritum prævisionem.
ARTICULUS PRIMUS.
Status, & Origo controversiæ proponitur.

Questione precedenti determinavimus voluntatem, qua Deus dare vult hominibus auxilia divine gratiæ, quæ in se sunt media necessaria ad gloriam consequendam, præsupponere aliquam voluntatem dandi gloriam, vel inefficacem, vel efficacem, quidem quantum est ex se, tamen conditionatam ex parte objecti, quam D. Paulus expressè p. ad Thimot. 2. illis verbis Deus vult, omnes homines salvos fieri, proponitur nunc questio de voluntate, & electione efficaci, & absoluta, quæ est propria prædestinatorum, & dicitur simpliciter electio ad gloriam, & queritur, an hæc antecedat, vel sequatur meritum prævisionem; & sermo est non de præfata conditionata, quam nonnulli media appellat, sed de absoluta, quia si prædestinatio est ex meritis, non est ex meritis prævisis, ut futuris solum ex hypothesi, sed ut futuris absolute, nam ob merita futura solum ex suppositione, non autè absolute, nullus præmio afficitur, vel pena, ut non semel contra Pelagianos, & Semipelagianos conclusit Augustinus, unde & Doctores, qui scientiâ hanc mediâ admittunt, & prædestinationem ex meritis prævisis esse voluntatè, dicunt, eam utique supponi prædestinationi, non quidem, ut sit aliquo modo causæ, vel motum, cujus intuitu à Deo tale decretum fiat, quo sensu movetur hic questio, sed ut prædestinatio sit certane arbitrii nostri libertatem tollat, quæ de causâ nonnulli deceperit, ut notat Fafolus par. 1. qu. 23. art. 1. dub. 3. referunt Molinam, & alios quosdam Auctores Societatis pro opinione afferente, prædestinationem esse in Deo ex meritis prævisis, & quia negant electionem antè prævisionem meritum, non quidem absolute, sed conditionatam, cum re vera sequatur oppositam sententiam, quandoquidem apud omnes Catholicos constat, ut de fide, nullum prædestinari ex meritis solum ex hypothesi futuris, sed tantum absolute, etiam in sententia asserente, prædestinationem ex meritis fieri; unde valde allucinatè est Vulpes disp. 38. art. 7. n. 10. dicens Recentiores Thomistic Societatis tenere, electionem ad gloriam esse ex prævisis meritis, quia præsupponit secundum ipsos merita prævisâ, ut conditionatè futura, ita enim loquendo statum controversiæ percipere non videtur, in qua apud omnes sermo est de meritis prævisis, ut absolute futuris, & non conditionatè tantum, & sensus questionis est, an idem Deus prædestinatus ad gloriam elegerit, quia prævidit eorum merita absolute futura; an potius è contrariè idem illis voluerit dare gratiam, & merita, quia ex sapientissimo suo beneplacito merè libero elegerit illos ad gloriam.

Et quidem in hoc sensu rem explicant Recentiores Societatis auctores, tam qui hæc, quam qui aliam sequuntur sententiam, nam Heriz ab Arriaga citatus disp. 35. sect. 1. n. 1. ait, merita conditionata nullam habere vim movendi Deum ad efficacem electionem ad gloriam, quod tam certum ait esse, ut sine periculo collabendi cum Massiliensibus id negari non possit, quia parvulos dicebant, prædestinatos esse, vel reprobatos ex bonis, vel malis operibus, quæ fecissent ex hypothesi, quod vixissent; tum quia etiam in reprobis juxta eorum sententiam de scientia media prævidet Deus merita conditionata, quæ habuissent in hoc vel illo rerum ordine constituti, & tamen adhuc sunt reprobi, signum evidens, ex meritis prævisis solum conditionatè futuris divinam prædestinationem non pendere, etiam in eorum opinione, qui eam ponunt ex meritis prævisis fieri, sed præcisè, ut à causâ pendere à meritis prævisis absolute futuris; unde Arriaga dicitur, 36. tenet, de facto dari talem electionem efficacem ad gloriam antè absolutam scientiam meritum futurorum, post tamen prævisionem conditionatam, imò hæc esse necessariam putat, ut sine ipsa censetur repugnare talem electionem efficacem ad gloriam, in Deo dari salva libertate nostra, ut constat ex his, quæ habet disp. 34. sect. 4. ubi ait, hæc esse communem opinionem inter Auctores Societatis, possibilem tamè esse antè scientiam absolutam, defendit dicitur disp. 35. imò ita de facto dari in Deo, concludit dicitur, 36. ex quo constat, ut dixi, Patres Societatis, quamvis omnes scientiam conditionatam futurorum meritum præsupponi, dicant ad efficacem electionem futurorum, ut hæc cum nostra libertate coherat, nõ tamen eam præsupponi dicunt causam talis electionis, quia sicut electorum, ita non electorum merita conditionata ajunt, Deum hæc scientiâ præscire; & idè minus accuratè dixit

48

54

da;

Vulpe loc. cit. Recentiores Tho. Societatis ex hoc, quod asserant, Deum ab æterno neminem prædestinasse absolute ad gloriam, nisi post merita saltem præstita, ut conditionate futura, consequenter tueri, causam prædestinationis in merita modo prædicto prævisis refundi; Ex hoc enim sequeretur, omnes Societatis Auctores, eo quod talem scientiam conditionatam præsupponunt electioni efficaci ad gloriam, tenere sententiam oppositam Scoto, & D. Thomæ in hac materia asserentibus, Deum non prædestinare ex prævisis meritis, cum tamen omnes hanc profiteantur sententiam excepto Vasqu. Beccano, & Lessio, ut notat Arriaga disp. 36. sect. 3. n. 20.

Secundo advertendum, quod cum hic queritur an merita prævisa per scientiam absolutam fiat causa divinæ prædestinationis non queritur causa ex parte actus volendi, quoad suam existentiam, vel quatenus pullulat ad voluntatem divinam, quia sic nulla datur causa divinæ volitionis præferti ex parte nostræ, sed quoad liberam duntaxat ejus terminationem ad rationales creaturas in ordine ad gloriam eis communicandam per merita; neque etiam hoc modo queritur causa realis, & physica, cum nulla talis datur divinæ volitionis, etiâ quoad terminationem, sed sermo est de causalitate morali, an scilicet moveatur Deus ad volendum prædestinare aliquem ex meritis prædestinati, quo pacto non repugnat dari causâ ipsius actus divini facti, quoad terminationem; Et neque hoc intelligendum est ita, ut objectum aliquod creatum possit esse primatum, & præcipuum motivum, ut divina volitio ad aliud terminetur, præcipuum, ad eod quod primario hoc velle propter illud, quia sicut objectum immediatum, & adequatum divinæ volitionis motivum est sola increata bonitas, ita Deus omnia vult ad extrâ propter seipsum immediatè, & adequatè, tanquam propter objectum motivum; sed dicitur velle unum bonum creatum esse propter alterum, tanquam propter terminum, seu sine illius velle propter alterum, moveatur enim à sua divina bonitate ad volendum omnia eo modo, quo in se sunt volibilia, & eo ordine, quem inter se servât objecta, quæ ad modum etiam de intellectu divino docet Doct. p. d. 39. f. v. i. fo de contingenti, prout transit super objecta secundaria secundum ordinem prioris, & posterioris ab ipsis desumptum; sic (in quâ) etiam in actu divinæ voluntatis, ut transit super objecta secundaria assignatur ordo prioris, & posterioris, & quod unum velle propter aliud, spectat præcisè tali ordine, & dependentia ex parte ipsorum objectorum inter se, sicut enim inter objecta unum dicitur ex alio, aut propter aliud esse, ac proinde unum prius alio, sic etiam Deus dicitur velle unum ex alio, aut unum propter aliud, & consequenter unum velle prius, quàm aliud; ita conspiciæ docet Scot. de ipso actu voluntatis 3. d. 32. qu. unic. Gubi autem omnia Dei equaliter velle, spectata ratione volendi motiva per modum finis primarii, & motivi, qualis est essentia divina, quæ sola est prima ratio agendi, tam intellectus, quàm voluntas, non verò vult equaliter omnia spectata ratione terminativa actus volendi ex parte objectorum secundariorum, nâ ex hac parte prius, magis vult Deus ex creatis tantis id, quod habet rationem finis, quàm id, quod ad aliud, tanquâ ad suum finem, propter quem est, vel fit, ordinatur, unde concludit tandem lit. H. & I. patet itaq; in equalitate volubilitatis, quântum ad ipsa volita præcisè, non ut volitio est actus ipsius voluntatis sed ut transit super objecta ipsa secundaria, & 4. d. 49. qu. 8. ad 4. ait, Deum velle aliquid propter finem creatum, non tanquam finem ipsius Dei, sed tanquam finem ipsius effectus Dei; Ex qua doctrina patet quomodo, voluntas Dei moveatur à sola ipsius increata bonitate, & tamen ad bona creata terminetur ordinatè prius ratione ad unum, quàm ad aliud, & ad unum propter aliud; quod valde notandum est ad dignoscendum ordinem prioris, & posterioris inter decreta Dei, in quem passim impingimus in pluribus materiis, & difficultatibus Theologicis; de quo plura vide apud Vasqu. disp. 33. art. 6. com. 2. part. 1. Cum ergo queritur in proposito, an electio efficiat ad gloriam sit autè, vel post prævisionem meritorum, & an merita prævisa sint causa finalis prædestinationis ad gloriam, aut è contrâ, sermo est de causalitate, ac proprietate, & posterioritate, sensu prædeclarato, & est perinde, ac si queratur, an electio facta dicatur ex meritis, vel nulla habita consideratione meritorum, sed ita gratis, ut ex illa potius sequata sint merita.

Tertio advertendum, cum queritur an merita sint causa, vel motivum divinæ prædestinationis, sermo est de meritis in divina gratia fundatis, & ex vi ipsius elicitis, non autè de meritis à libero arbitrio futuris solis naturæ viribus sine auxilio supernaturali vitam æternam promereri de condigno, atque; ideo dicebat, Deo homines prædestinasse ad gloriam, ex meritis à libero arbitrio futuris solis naturæ viribus, de parvulis verò autè alios verò reprobatos propter bona, vel mala opera, quæ gerissent, si supererissent, à Deo præcognita per scientiam conditionatam, contra quæ errorem disputat August. pluribus in locis

infra citandis. Quæ etiam de causa Doctores omnes Catholicos modo conveniunt, bonum usum gratiæ à Deo prævisis, quatenus ille usus est à libero arbitrio, non esse causam prædestinationis gratiæ ejusdem, & consequenter reliquorum prædestinationis effectuum, ut Smissin. ad verit. tract. 3. disp. 6. quest. 3. n. 477. qui bonus ille usus gratiæ non solum aut est effectus gratiæ sed etiam, ut effectus liberi arbitrii, est effectus prædestinationis, ut constat ex Scriptura, in qua Deo tribuitur, ut causæ boni usus liberi arbitrii Jerem. 3. Convertite me, & convertatur Theen. 5. Convertite nos Deus ad te, & convertemur. Philip. 2. Deus, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Tum quia si bonus usus gratiæ esset à nobis, tunc gratia non discerneret bonos à malis, ut ait Paulus, quis enim te discernit, sed boni se se discernent à malis per talem bonum usum. Tum quia si gratia est principium boni usus gratiæ, ut probatum est ergo nequit bonus usus gratiæ esse meritorium ejusdem gratiæ; quia principium meriti sub merito non cadit; Tum tandem, quia, ut arguit Doctor 1. dist. 1. quest. an. 5. sed contra, Deus non providet, illum bene usum libero arbitrio, nisi quia vult, vel præordinat, ipsum bene usum eo; ergo primè discretio inter prædestinatos, & reprobos, sola ratio est divina voluntas, & non voluntas hominis.

Quarto est observandum, eorum veritatem hanc esse potissimum de prædestinatione adultorum, utpote qui soli sunt meriti proprii capaces, unde arguunt præcipua, quæ pro una, vel altera sententia adheruntur, præcipue sunt de adultis, & de illis difficultatem faciunt; De infantibus verò unusquisque loquitur consequenter ad opinionem de adultis, unde qui asserunt, adultos ex eorum meritis prævisis prædestinari ad gloriam, consequenter dicunt de parvulis, quod licet non eligantur ad gloriam, tanquam ad præmium ex ipsorum meritis prævisis, quorum nondum sunt capaces, ad huc tamen eliguntur ad eam, tanquâ ad puram hereditatem ex prævia eorum finali justificatione, ad quam ordinatur ex meritis Christi prævisis, tanquâ capitulis mediis causis, tam naturalibus, quàm liberis, ex quorû applicatione pendet eorum justificatio per regenerationis lavacrum. Qui verò negant, adultos ex eorum meritis prævisis prædestinari, & asserunt, primum prædestinationis decretum circa illos fuisse absolutum ab omni respectu ad humanam cooperationem propriam, licet & ipsi concedat, quod consequitur gloriam, non ut præmium, & coronam, sed ut hereditatem, tanquâ filii per gratiam, quam per regenerationis lavacrum suscipiunt ex meritis Christi, negant tamen, fuisse ab æterno electos ad gloriam ex prævisis ipsorum justificatione finali modo prædicto, & affirmat, tam ipsos, quàm adultos, & universos prædestinatos omnes five Angelos, five homines electos esse efficaciter à Deo antecesser ad visionem operum ipsorum, seu illorum meritorum, quibus de facto illam consequitur. Verum est tamè Aug. septus hac paritate parvulorum ut ad inducendam gratuitam electionem adultorum ad gloriam ad l. de præd. sanc. c. 12. de correp. & gratia c. 8. & alibi sæpè, ut infra dicam n. 97.

Quinto est observandum, & saltem esse, quod inquit Lullius Turrianus, perperus Vasq. blatero opus. 6. de voluntate efficaci dandi gloria à initio, nempe de hac materia antiquiores Sch. pauca dixisse, hoc autem tempore Vasqu. ceteris fuitius ex insensituro rem tractasse, & ex sensu Patrum, & Scholasticorum, multa retulisse, & varias ad luxuriose rationes ex propriis principiis, post quæ Recentiores fuisse de hac controversia scriptores, & ex Vasqu. multa desumpserunt ad defendendam sententiam illius, five ad eam impugnandam. Hoc, inquam, saltem est, quoniam, ut notat Fasol. dub. 3. cit. ab initio, omnes Scholastici veteres alienigenis nominis hanc controversiam agitarunt, & quidem præ dignitate Scotus præ aliis p. d. 41. q. un. quin etiam ait, omnes in eam confluisse sententiam, quod efficax electio ad gloriam non fiat ex prævisis meritis (etiam eorum multi pro opposita citentur) uno excepto Guiljelmo de Rubione. d. 41. q. 1. ubi ait, impugnat opinionem S. Thomæ, & Scoti, & contrariam amplectitur, quod fiat ex prævisis meritis, quam longo post tempore suscitavit multi moderni Doctores, quos referit Vasqu. & Lessius; hæc Fasol. ibidem; ex quo deducitur opinio de prædestinatione ex prævisis meritis ferè novam esse inter Scholasticos, nec illam hoc tempore Vasq. fuisse asserit si pluribus firmaverit, sed alios quoque modernos ante ipsum; neque post ipsum, & ab ipso multa desumpserunt Recentiores præsertim sue Societatis, ad ejus defendendam sententiam, quandoquidem testatur Arriaga ultrâ Thomistæ, & Scotistæ, omnes ferè sue Societatis auctores excepto ipso Vasqu. Beccano, & Lessio oppositam tueri. Hæc igitur controversia antiqua est, & ab antiquis Scholasticis ex insensituro tractata, & nova solùm dicit potest sententia Vasq. de prædestinatione ex prævisis meritis, quandoquidem Scholasticos veteres oppositam passim tradiderunt ostendit Fasolus. Et adducendo eorum em loca, & verba, hæc autem inter omnes theologicas gravissima controversia originem duxit ex vario modo loquendi, tum Scripturarum, tum Patrum, & potissimum

magis Patris Augustini, cuius si magna est auctoritas in omnibus, ut potè optimi in ecclesia magistri, dicit eum appellat Cælestinum Papa ep. 1. ad Episcopum Gallie, maxima planè esse debet in materia de prædestinatione, & gratia, quæ perpetuo contra Pelagianos, & Semipelagianos disputavit, etenim ut constat in retentis utriusque sententiæ fundamentis, Scripturæ, & Patres modo ajunt, electionem ad vitam æternam esse merè gratuitam, modo ajunt, eam esse ex præscientia meritorum; quæ loca, & auctoritates ab Auctoribus utriusque opinionis debent concordari; Hinc utriusque partis fautores quandam ad invenerit distinctionem pro illis conciliandis, & explicandis, ne contrâ propriam faciant sententiam, unde fautores prædestinationis gratiæ in actibus ejus distinguunt ordinem intentionis, & ordinem executionis, & quando Scripturæ, & Patres dicunt, prædestinationem esse gratuitam, ajunt, intelligi debere de ordine intentionis, quando verò dicunt esse ex meritis prævisis, ajunt, de ordine executionis esse locutos, itaut prædestinatio electivâ ad gloriam sit omnino ante prævisâ merita, prædestinatio verò executivâ sit post eorum prævisionem; fautores verò prædestinationis emeritæ distinguunt de prædestinatione, five electione, alia ad gloriam, alia ad gratiam; quando Scripturæ, & Patres testantur, prædestinationem esse gratuitam, inquit, esse locutos de prædestinatione, & electione ad gratiam, quæ sine ullis meritis nobis à Deo conferitur; cum verò testantur esse ex prævisis meritis, explicat de prædestinatione ad gloriam, quæ datur ex meritis prævisis, tanquam merces, præmium; & in his duabus distinctionibus totus consistit modus tuendi unam, vel alteram opinionem; & ut pro hac, vel illa tuenda præsertim attendi debet, an una, vel altera distinctio plene quadret auctoritatibus præcipuis, & clarissimis Scripturæ, & Patrum, quæ pro hac, vel illa sententia adducuntur.

Postremo est observandum, sententiam de prædestinatione ex meritis prævisis non tam fidari in auctoritatibus Scripturæ, & Patrum, cum hæc clarescit sint pro opposita de prædestinatione gratuita, quam in argumento quodam morali, & vulgari, quod valde apud plebem solent illius sententiæ fautores exaggerare quod, scilicet modus electionis gratuita ad gloriam, & non ex prævisis operibus inducit homines in desperationem, quod omnino sollicitudinem bonorum operum, & salutis, quæ si sum prædestinatus ad gloriam ante ullius meriti prævisionem, Deus non potest non dare salutem, & bona opera, quæcumque incubant, & negligentia ex parte mea supposita; si verò sum reprobatus, quamvis diligentissime laborem, vel saltem, sum denique infallibiliter moriturus in peccato, & damnandus; atque ideo oppositam sententiam gravi censura notant, quæ scandalum prædere possit populo, & licentiam vitæ, unde Lessius disp. de prædest. sect. 2. ratione nona inquit, scio, quodam ex ea sententia in gravissimos errores, & barbarum de prævisionis delapsos, audivi multos doctissimos, & optimos viros eam graviter hoc nomine accusare, quod hæc inveniunt sibi effrenem vitæ licentiam, si eam in animam demississent, tanquâ concludunt, & ad zelum animarum, & conscientias turbatas tranquillandas docendam esse sententiam de prædestinatione ex meritis. Verum hoc ipsum arguuntur fuisse prædicationem Aug. de bono perversæ, c. 15. factam à Semipelagianis, & hoc eodem argumento, & nimio zelo conscientias tranquillandi testantur Hilarius, & Prospers, maxime commotos Manilianes in eam heresi incidisse, quod prima gratia daretur, aut negaretur ex natura meritis, vel demeritis, ut patet in epistolis de hac re ad August. missis, ut ipse refert c. 15. cit. ex quo patet, hoc argumentum, & alia ejusdem farinae equè militare contrâ gloriam, & contrâ gratiæ prædestinationem abque meritis, sicut quia omnes eliguntur, five ordinantur ad gloriam sine meritis in sententia Thomistarum, & Scotistarum, & alii qui eliguntur efficaciter, qui sunt prædestinati, & infallibiliter salvantur, alii qui sententur, qui sunt reprobi, & infallibiliter damnandi, hæc insensur Auctores oppositæ sententiæ, tolli sollicitudinem ad bonum. Itâ quia omnes per gratiam vocantur sine meritis, ut ipsi cõcedunt cum Catholicis contrâ Semipelagianos, & alii vocantur efficaciter, & secundum propositum, qui infallibiliter salvantur, alii sufficienter tantum, & non secundum propositum, qui infallibiliter peribunt; hinc eodem argumento etiam in eorum sententia idem sequitur inconveniens, quæ hoc argumentum, & similia, quæ ad eam exaggerantur, contrâ efficacem electionem ad gloriam sine meritis, quæ bene militat in opposita sententia contrâ electionem efficacem ad gratiæ sine meritis, ut optime notatur Smissin. Arriaga, & Fasolus loc. cit. & magis infra demonstrabitur.

Hoc autem fundamentum esse proceris labile, & equè militare contra utramque electionem efficacem, & gloriæ, & gratiæ utpote ambas equaliter factas sine ullo merito præcedente, docet Aug. loc. cit. his verbis. Itâ liberâ à consensu Dei gratia, id est, non secundum merita nostra datur, & cõsistenda secundum eam prædestinationem Sanctorum deterrere non debent, sicut non deterrere à consensu præscientiæ Dei, si quis de illa

populo sic loquatur, ut dicat, sive nunc restet vivatis, sive non, tales vos eritis postea, quales vos Deus futuros esse præscivit, vel boni, si bonos, vel mali, si malos; nunquid enim sic hoc audit, nonnulli in torpore, segnitiamque vertuntur, propterea de præscientiâ Dei falsum putandum esse, quod dictum est 1. mod. ut verum fatear, majorem mihi timorem, & desperationem incutit opinio de prædestinatione ex meritis prævisis, quàm ex merito Dei beneplacito, ac mera ejus misericordia; quod evidenter ostendit hunc casum proponendo, quod Deus dicit v. g. Petro, do tibi optionem, ut circa negotium salutis tue, quod magis tibi liberè eligas, pollum te ad gloriam duobus prædestinare modis, vel ex merito meo beneplacito, amore, & misericordia, vel ex operibus tuis; vis ne ergo salutem tuam in manibus meis ponere, & misericordiam totaliter committere, vel potius, quod sit in manibus tuis, tuæque curæ, ac sollicitudini demandata, cui nunquam deficiet auxilium meum, planè Petrum, & quemcumque alium, si sapit, responsum puto cum David, in quibus suis sortis mee, quandoquidem major sit Dei sollicitudo circa hominum salutem, quàm qualiscumque humana diligentia esse possit, & incomparabiliter magis Deus amet, ac desideret salutem nostram, quàm nosmetipsos, quare si prudenter ac pie discurrere velimus, majorem præbet occasione timoris, ac desperationis opinio de prædestinatione ex prævisis meritis nostris, quàm alia de prædestinatione ex mera Dei misericordia, nâ illa salutem ponit in manibus nostris, ista verò totaliter in manibus Dei, loquendo de omnino primo decreto ad ordinem intentionis spectante; hæc rationem tangit Aug. de bono perversæ, c. 17. finem c. 17. dùm inquit hominem terret prædicatione, quod omnino gratuito prædestinetur à Deo ad gloriam independentè à suis operibus, est dicere tunc de sua salute hominem desperare, quando spem suam non in seipso sed in Deo dicitur ponere, quod cogitare nefas est. Non igitur opinio de prædestinatione Dei prædicatione torpore inducit, vel desperationem, imò potius spem maximam, studet enim ut unusquisque in divina misericordia sperare possit, ac debeat, se esse unum ex prædestinatis; & quia docet, quod quamvis gratis, & sine meritis ex sola Dei liberalitate, & misericordia ad gloriam prædestinemur, non tamen sine meritis consequendum, hinc unusquisque accenditur, ut quanta potest sollicitudine electionis misericordiam Dei correspondeat, hæc enim ratione Aug. eodem lib. 2. c. 21. hortatur nos ad bene operandum, quia hinc deducitur, esse nos de numero prædestinatorum de ipso cursu vestro bono, vel malo, condiscite vos ad prædestinationem divinæ gratiæ pertinere, scie enim hic, inquit, ut hominis segnitiam repellatur, Et Maldonatius ad locum Math. 24. propter electos breviter dicitur dies illi, optime notat, ex hac sententia, quod Deus gratis, & sine meritis ad gloriam nos prædestinet, pessimè deducit consequentiam illam, gloriam dari sine meritis, ideoque prædestinatum dormire postea, fructus, quod demonstrat exemplo Principis ex mera sua liberalitate breviter presentis iis, qui in studio curere volent, non tamen dandum liberaliter, sed bene contentantibus; ita Deus gratis quidem nos eligit, & ex sua liberalitate ad gloriam, quo pacto gloria habere rationem doni dici potest, non tamen gratis dandam, sed per merita consequendam, quo pacto habet rationem præmii, & coronæ, ut infra declarabitur art. 7. nu. 152.

His præmissis pro recta intelligentia hanc controversiæ, ac originis ejus, tres in ea sunt sententiæ, duæ extremæ, & una media; Prima extrema docet, electionem efficacem ad gloriam omnium adultorum ex meritis in divina gratia fundatis, ut absolute, & non tãdum ex hypothesi futuris factam fuisse, ita ut nullus adultorum ante præscientiâ absolutam ejusmodi meritorum sit efficaciter ad gloriam prædestinatus. Quam ex Recentioribus sequuntur Vasq. p. 1. disp. 39. c. 2. Beccanus p. 1. tr. 1. c. 14. q. 4. Amicus tom. 1. disp. 15. sect. 4. Lullius Turrianus opus. cit. & Fraceticus item Turrianus opus. de electione, & omnium fuisse, ac ardentissime Lessius disp. de prædest. sect. 2. 3. 4. & 5. atque Pennotus lib. 6. propugn. c. 21. qui pro se citant Alensem. D. Bonav. D. Thomam, & alios antiquiores; sed sine solido fundamento, ut ostendit Fasolus supra citatus, dicens ex antiquis pro hac sententia expressè stare solum Guiljelmum de Rubione. d. 41. q. 1. & eandem sequitur ex nostris Ponceus disp. 7. qu. 3. Curus Theol. Faber 1. disp. 58. c. 4. licet fateatur ibidem electionem communiore, & à mente Scoti alienam, eujus tamen pacto id sibi liberè censuit, eo quia Doctor in fine corporis questionis hæc habet verba, De istis opinionibus omnibus, quia Apostolus videtur disputans de ista materia ad Romanos in fine, quæ sunt impermutabile relinqueret, àlterius (inquit) divitiarum Sapientiar, & scientiæ Dei, & quis consiliarius ejus fuit, ideo, ne forsan deo de profundo eatur in profundum, eligatur, quæ magis placeat, dùm tamen salvetur libertas divina, sine aliqua injuria, & alia quæ salvanda sunt, circa Deum, ut liberè eligentem, & qui aliam opinionem tenuerit, respondeat ad ea, quæ facta sunt contrâ eam, quæ etiâ licentia usus est quidam recens Scoti Epitomatorem. d. 41. ted quia hæc Doctoris licentia non est absoluta, sed condicio-

gratiam, quod maxime demonstrat in parvulis, quorum cum aliis baptizati, alii non baptizati viceibus terminum sumunt, satis indicant misericordiam, & iudicium, misericordiam quidem gratiam, iudicium debuit ubi per misericordiam non intelligit electionem ad gratiam, sed ad gloriam, quia eam opponit iudicio, per quod intelligitur destinatio ad penam, quæ dicitur reprobat. Ratio igitur, cur prædestinatus transferatur de statu gratiæ, ac merendi ad statum gloriæ, non dicitur esse gratia, aut merita gloriæ, quia hæc cõmunia esse possunt cum reprobis, undè eadem quoque ratione etiam reprobis eripere deberet è vita, quando est in statu gratiæ, præsertim cū in reprobo possint interdum plura merita reperiri, & major gratia, quàm in prædestinato; sed ratio præcisa est, quia Deo placebat illa anima per misericordiam, & omnino liberalem electione ad gloriã.

67 Secundus locus valde celebris habetur ad Ephes. i. Elegit nos in ipso ante mundi constitutione, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate, qui prædestinavit nos in adoptione filiorum per Jesum Christum in ipsum secundum propostum voluntatis sue, quæ ultima verba aperte indicant, Paulū esse locuti de voluntate absoluta, efficaci, & sine nullo decreto, & omnes concedunt; priora etiam illa verba ut essemus sancti, & immaculati, indicant, esse locutum de electione liberali antecedente prævisionem meritum ut exponit Hieronimus ibid. elegit nos, ut essemus sancti, hoc est, qui sancti, & immaculati ante non fuimus, ut postea essemus, & August. de prædest. Sanctotum c. 18. elegit nos non quia futuri eramus sancti, sed ut essemus, quare hæc sancta, & immaculata vita est effectus illius æternæ electionis, non causa, sed ratio, quod adhuc magis explicat Aug. cap. seq. 10. ab initio non quia credidimus, sed ut credamus, elegit nos, ne priores eum elegissem dicamur, saltemque sit, quod absque nos ne elegissem, sed ego elegi vos. Sola igitur remanet difficultas, an loquatur de electione ad gloriam, vel potius ad gratiam, ut Adversarii contendunt. Et quidem quod loquatur de electione ad gloriam insinuat ipse contextus, debemus enim coram illo ad eam accipiendam apparere immaculati, & illa verba sancti, & immaculati in conspectu eius in charitate, aperte significant consummatam sanctitatem, & charitatem gloriæ, quæ reddit homines non solum sanctos, sed etiam immaculatos in conspectu eius; id etiam expresse docuit August. adducto cap. 18. de prædest. Sanctotum, connectendo verba citata textus cum immaculati præcedentibus, sic, benedictus Deus, qui benedixit nos omni benedictione spiritali in celestibus in Christo Jesu, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & immaculati, &c. at in omni benedictione spiritali non tantum comprehenditur electio ad gratiam, sed principaliter electio ad gloriã, quæ præsertim est benedictio in celestibus; ergo de ista electione quoque ad gloriam ibi loquitur Apostolus. Deinde si loquitur tantum de electione ad gratiam, ut volunt Adversarii, cum ibi loquatur de prædestinatis, & electis, certum est, loqui non posse de electione ad gratiam sufficientem tantum, quia hæc non dat esse sanctum, & immaculatum, sed talem esse posse; neque de electione ad gratiam efficacem pro aliquo tempore, & non pro fine vite, quia hanc quoque gratiam multis reprobis elargitur; loquitur ergo solum de prædestinatione ad gratiam efficacem finalem, quia hæc est propria prædestinatorum, & quæ eos efficit sanctos, non quomodocumque, sed sanctitate finali in conspectu Dei, quos Sanctus Paulus ad Rom. 8. vocat sanctos secundum propostum, illis verbis diligetibus Deum, &c. quibus addendo alia nunc relata, significat ad sanctos prædestinatos non sufficere, quod sint diligentes Deum, quia sic etiam reprobi possunt esse sancti, & de facto sunt sancti, quando sunt in statu gratiæ, sed debent esse, sancti secundum propostum, hoc est sanctitate orta ex peculiari proposito electionis prædestinatorum, quæ non est sanctitas, nisi finalis; Itaque ex hoc loco saltem habemus, quod electio secundum propostum, quæ est propria prædestinatorum iuxta phrasim Pauli, & Augustini, non est ad gratiam tantum in eo sensu efficacem, quæ, qui vocatur, infallibiliter respondet, ut explicat Amicus nu. 112. nam hæc etiam reprobis convenire potest, sed est ad gratiam efficacem finalem, & æternam Dei propostum, ut nimirum significat decretum efficacem de gratia finali; & rursum ex hoc loco colligitur, quod electio ad talem gratiam finalem est ante prævisionem merita, nam ex vi talis decreti electi sumus ad gratiam finalem, non quia futuri eramus sancti, sed ut essemus sancti, atque ideo non oportet prævisionem merita.

68 Sed ex hoc evidentè deducitur, antè prævisionem meritum fuisse etiam decretum efficacem de gloria, ut optime notavit Suarez lib. 1. de prædest. cap. 8. num. 34. & 37. Facultate dub. 3. cit. nu. 54. probatur consequentia, quia hæc duo decreta sunt adeo indivisibiliter invicem connexa, ut pro eodem reputentur, cum impossibile sit aliquid esse electum ad gratiam finalem, & non salvari iuxta illud Math. 24. qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Tùm quia si dicatur, Deum velle dare gloriam ex prævisis meritis, gratiam vero finalem antè prævisã

merita, magna sequitur inordinatio inter actus divinæ voluntatis, quos non distinguimus, nec ordinamus, nisi ex parte objectorum; nam prius concipere debemus, quod velit dare prædestinato gratiam finalem, deinde quod decernat dare merita gloriæ, tertio quod hæc merita futura prævideat, & tandem quod dare velit gloriam ob illa prævisã merita. Tùm quia de hac electione ad gratiam finalem sine meritis egreditur difficultates, quas nobis obijciunt Adversarii contra electionem ad gloriam sine meritis, nam sicut gloria non habetur absque meritis, ita quoque perseverantia usque in finem non habetur absque ullo merito, vel de condigno, vel saltem de congruo; ergo perseverantia in re non datur sine meritis, & nihilominus Deus vult efficaciter illa prædestinato, antequam videat futura merita, idem de gloria dici poterit, licet non detur sine meritis. Item quia si Deus eligit hominem efficaciter antè prævisã merita ad finalem perseverantiam, ergo pariter ad gloriam, quia non est minor difficultas in prævisandis meritis finalibus sine libertatis detrimento, quàm in prævisandis gloria, quæ variis modis potest obtineri, id præsertim, quia habita perseverantia, gloria necessariò consequitur; hæc ut ultimum argumentum est maxime notandum, quoniam cum Adversarii omnia Scripturæ testimonia, & Patrum exponant de efficaci electione ad gratiam, non ad gloriam, & hoc intelligi nequeat de electione ad gratiam efficacem pro aliquo tempore, cum hæc etiam reprobis efficaciter illa prædestinato; plane si hæc electionem concedunt dari ante prævisã merita, ut ex loco citato Pauli colligitur iuxta eorum explicationem, acq̃e benè electionem quoque ad gloriam antè prævisã merita concedere possunt, quoniam jam habita perseverantia finali, gloria necessariò consequitur, & eadem difficultates urgent de utraque, ut demonstratum est.

Ad hoc nititur respondere Faber disp. 58. cit. cap. 10. nu. 152. quod auctoritates ille loquuntur de prima gratia, prima erant gratia, & pluraquam sufficiens non est gloria, licet ad eam sequatur gloria, non sequitur autem ad eam infallibiliter esse ipsa sola gratia, sed ex consensu quoque omnino libero liberi arbitrii, unde licet ex consequenti electio ad gloriam sit electio quoque ad gloriam, non tamen electio eadem ratione, & eodem modo cadit super gratiam, & gloriam, quia super gratiam cadit absolute, & immediate, super gloriam autem propter gratiam, & merita per ipsam facta; addit deinde num. 153. quod prima gratia non cadit sub merito, sed alie gratiæ, quæ illa manentes, ut perseverantia, & alia dona, quæ dicuntur gratiæ ex gratia, ideo non sequitur, quod sit eadem ratio de prædestinatione ad gratiam, & gloriam; nec sequitur, quod si prædestinatio ad gloriam sit ex meritis, quod etiam prædestinatio ad gratiam primam sit ex meritis. Hæc tamen solutio non satisfacit, quia si auctoritates ille exponantur de electione ad gratiam, & non ad gloriam, debent intelligi de electione ad talem gratiam, quæ distinguit prædestinatos a reprobis, & sit propria prædestinatorum, qui in Scriptura significati solent nomine electorum, sicut Math. 24. ut in errorem inducantur, si fieri poterit, etiam electi, & Ecclesiæ in quadam collecta, Deus, cui soli cognitus est numerus electorum in superna simplicitate locandus, ex quo colligitur, in Scriptura electum simpliciter non vocari, nisi qui ad æternam felicitatem electus est, atquidè eius electio ad gratiam semper annexam habet prædestinationem; sed prima gratia etiam efficacem, & pluraquam sufficiens, solum pro aliquo tempore data, & non pro fine vite, non est propria prædestinatorum, quia non habet infallibiliter annexam electionem ad gloriam, cum deur multis reprobis; ergo cum ille auctoritates loquuntur de electione ad gratiam, ut ipsi exponunt, quæ est propria prædestinatorum, non benè explicatur de prima gratia etiam efficacem, sed explicari debent de gratia finali perseverantia, quæ etiam cadit sub merito. Conf. quia Amicus, qui est ejusdem opinionis, sect. 4. cit. nu. 107. ultro fateatur, non semper prædestinatos discerni à non prædestinatis per primam gratiam cõgruam, sed per ultimam finalem, quia interdum secundum hæc sunt æquales, cum tam prædestinatus, quàm reprobis interdum videntur ad primam gratiam congruam; & dicit non semper, non quia discerni unquam possunt per gratiam priorem, sed quia interdum (inquit) prædestinatus discernitur à non prædestinato per solum primam vocationem congruam, quando scilicet illa simul est finalis, ut contingit in duobus parvulis, quorum unus baptizatus, alter non baptizatus ex hac vita decessit, quod quidem dicitur verum esse, sed nescio, an exemplum sit satis ad rem, cum illi parvuli non sint vocationis capaces, si vocatio accipiatur pro actuali auxilio interno, cui vocatus respondere debebat; sed quicquid sit de hoc, satis est, ipsos Adversarios quoque, fateri electionem ad gratiam, quæ discernit prædestinatum à non prædestinato, esse præcisè electionem ad gratiam finalem, de qua est eadem difficultas, ac de electione ad gloriam; quia & hæc ipsa non comparatur sine aliqua cooperatione liberi arbitrii, nec sine alio ho-

69

minis merito de condigno, vel saltem de congruo, unde, & ipsi explicare debent, quomodo electio ad illam sit merè gratuita, & ipsa in re sub merito cadat.

70 Tandem probet, testimonia Scripturæ, & præsertim ad ductū ex Apostolo ad Ephes. 1. de electione etiam ad gratiam finalem, non benè explicari neque in se, neque ad intentionem Augustini, quæ hæc sit omnino primum decretum, ex quo deinde sequatur electio ad gloriam, ut Adversarii contendunt; Primum ostendo ex loco cit. Sup. 4. raptus est, me malitia, &c. & alio consimili Math. 24. sed propter electos breviantur dies illi, ex quibus manifestè deducitur, quod causa, cur iustus rapiatur, ex hac vita, antequam in peccatum labatur, & decedat in gratia finali, est ejus electio ad gloriam, inquit enim textus, placita enim erat Deo anima illius, propter hoc properavit educere illi de medio iniquitatum, & electio eorum iustorum, qui futuri sunt in ultimo sæculo Antichristi, causa erit, ut breviantur dies illi, ergo ea electio debet esse antecedens, & non post prævisam mortem eorum in gratia, ea enim est causa, ut illi citius moriantur, ergo est autè perseverantia finalis; Deinde ad eam explicationem non esse ad mentem Augustini, ostendo ex ejus explicatione alterius loci consimilis 1. Cor. 15. Non vos elegimus, sed ego elegi vos, & posui vos, & fructum afferatis, quem locum quamvis aliqui exponere nitantur de electione ad Apostolorum, tunc veram tantè Aug. de electione ad gratiam interpretatur, non tamen præcisè de illa, ut Adversarii contendunt, sed ita de electione ad gratiam exponit, ut electionem ad gloriam non excludat; imò eam includat, tanquàm antecedentem in genere causæ finalis, ita hodie lego in hom. Aug. 18. in Io. curris felix Apostolorum Simonis, & Judæ ubi exponens præfatam textum, ait, vos elegi, & quod adunxistis, ut quodcumque petieritis Patrem deo vobis, tunc unigene dabit vobis, si diligamus invicem, & hoc ipsum ipse dederit vobis, qui nos legimus non habentes fructum, quia non eum nos elegeramus, & posui nos ut fructum afferamus, hoc est, invicem diligamus, ubi manifestè distinguit inter electionem ad gratiam, & ad gloriam, hancque assignat, ut causam finalem illius, etenim in prioribus verbis si diligamus invicem, & hoc ipsum ipse dederit vobis, loquitur de dono gratiæ, & electione ad illam; cum vero addit, qui nos elegit non habentes fructum, &c. loquitur de electione ad gloriam, veluti de causa finali illius; quidem peccatæ explicatur hæc posterior electio de electione ad gratiam, cum ea in præcedentibus verbis significavit, Sic pariter eundem textum explicuit de prædest. Sinctor. c. 16. dicens electi sunt ante mundi constitutionem, & prædestinationem, in qua Deus sua futura facta præservit, electi sunt ante de mundo ea vocatione, quæ Deus quod prædestinavit, implevit, quos enim prædestinavit, & vocavit, illa scilicet vocatione secundum propostum, non ergo alios, sed quos prædestinavit, vocavit, nec alios, sed quos ita vocavit, iustificavit, nec alios, sed quos prædestinavit, vocavit, iustificavit, ipsos, & glorificavit, illo nitique fine, qui non habet finem. Ex quibus verbis satis constat, Augustino Dominum, cum dixit, non vos ne elegissem, sed ego elegi vos, locutum esse non tantum de electione ad gratiam, sed etiam ad gloriam, & quidem de ista, tanquam de fine, qui non habet finem, hoc est, tanquam de ultima causa finali ceterorum, & præterea de ea locutum fuisse, tanquàm de electione omnino gratuita, & non ex præscientia meritorum facta.

71 Tertius locus solet adduci ex Act. 13. Crediderunt quot quot erant præordinati ad vitam æternam, quibus verbis (inquit Aug. de prædest. Sanct. c. 26. in fine) ostenditur Deus ad verum etiam Cælorum, & ad vitam æternam parare, & convertere hominum voluntates, ex quo August. expositione reicitur explicatio aliorum de prædestinatione ad fidem, quæ vita æterna inchoative dicitur, & deducitur, præordinationem, feu electionem ad vitam æternam esse causam electionis ad fidem, ideo enim illi crediderunt, & ad fidem electi sunt, quia præordinati, seu electi erant ad vitam æternam; ergo hæc electio facta est ante prævisam fidem, & prævisã merita; ita quoque exponit Chrys. hom. 30. Præordinati, id est prædestinati, & Lorinus ibid. de prædestinatis præordinatione, quæ præordinatio, inquit, est Dei gratia omnino ad vitam eligentium æternam, imò ex mente ejusdem Augustini, præordinatio, & electio ad vitam æternam non solum assignatur, ut causa vocationis, iustificacionis, & gratiæ, sed etiam ipsius finalis perseverantia, ut inquit de corp. & gratia c. 6. circa finem dicens, quos in æternam vitam potuit ordinari, nisi perseverantia, & quomodo quidè qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit, quæ salute, nisi æterna? ubi clarissime voluntatem efficacem æternæ vite distinctè ponit à voluntate gratiæ, & perseverantia, & velut antecedentè ad illam, & consequenter antè omnia merita gloriæ, quæ non sunt nisi post fidem, & gratiam. Varias ad hæc locum assertiones, & expositiones Turrianus opus. c. dist. 1. dub. 2. ad 6. ex Lætio, Vafq̃, & Beccano, textum tamen omnino incõgruus, & violentas, ac relati Aug. expositioni repugnantes, quas proinde missas facio. Amicus loc. cit. nu. 113. explicat hunc locum de prædestinatione ad fidem, ut sensus sit, actu crediderunt quot quot, erant per congruam vocationem ad finem à Deo prædesti-

nati, alioquin (inquit) si de prædestinatione ad gloriam ibi fermo esset, necessario dicendum foret, omnes, qui tunc crediderunt, fuisse prædestinatos, proinde salvatos, contra vero eos, qui non crediderunt, non fuisse prædestinatos, quod probabile non videtur, cum non soleat Deus viatoribus suam prædestinationem, & multo minus reprobationem revelare; Quod si explicetur de electione ad gloriam, hoc non debet intelligi per modum causæ, & à priori, sed per modum signi, & à posteriori, quo pacto dicere solemus, omnes præfati damnantur, non quod scientia sit causa damnationis, sed signum tantum, & causa cognoscendi infallibilis; ut sensus sit, crediderunt quot quot, præordinati erant ad vitam æternam, ita ut præordinatio in vitam æternam fuerit signum, & causa tantum cognoscendi futura merita eorumdem præordinatorum. Utraque istarum expositionum Aug. citato repugnat, qui locum allegatum explicat de prædestinatione ad gloriam, & non ad fidem tantum, quia non semper connexa est cum prædestinatione ad gloriam, & quidè eam assignat per modum causæ in essendo ad priori electionis ad fidem, & non per modum signi, & à posteriori, tum quia electio ad fidem est contra nequit ponit causa in essendo infallibilis electionis ad gloriam, quoniam, ut dixi, electio ad fidem non semper habet cum gloria infallibilè connexionem, neque hinc sequitur, quod viatoribus fuerit à Deo revelata sua prædestinatione, nam illa revelatio facta non fuit illis auditoribus, qui crediderunt prædicationi Pauli, & Barnabæ, sed aliis per modum historiarum. Dixerunt autem apud Atriagum, eam ordinationem sic intelligendam, ut nec volitionem ullam efficacem, nec solam inefficacem significet, sed inefficacem cum adjuncta voluntate dandi auxilia, quæ prævisã erant efficaciam, & sic exponendo datur etiam Atriagum, locum illum non suadere electionem, de qua agimus. Verum licet hæc explicatio sit cæteris probabilior, ipsa quoque tamen August. repugnat, locum illum explicante de volitione efficaci dandi gloriam medio perseverantia dono, quod est effectus, & signum ordinationis efficaci ad gloriam.

Quartus locus habetur ad Rom. 8. Quos præservit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui, ut ipse sit primogenitus in multis fratribus, quos autè prædestinavit, hos, & vocavit, quos vocavit, hos, & iustificavit, quos autè iustificavit, hos, & glorificavit, pro cuius loci intelligentia notandū est, intentione Apostoli in ea Epistola ad Romanos esse omnia salutis beneficia in liberalem, & gratiam prædestinationem, velut in radicem, & causa retere, meritoque ex parte nostra prædestinationis excludere, ut explicat Aug. de prædestinatione Sæctorum c. 17. & 19. atque idò prædestinationis effectus eo ordine enumerat, quo illi se se in tempore consequuntur, & sunt executioni mandandi; & quidem primum omnino decretū, quod Paulus enumerat, undè sequuntur omnes prænumerati effectus vocationis iustificacionis, & glorificationis, est decretū electionis ad gloriam, per illa verba explicatum, prædestinavit, conformes fieri imaginis filii sui, efficiunt enim conformes imagini filii sui per gloriam, quæ est consummata sãcitas, & perfecta adoptio filiorum Dei, ut ibi Hieron. explicat; & ex hoc decreto sequitur electio ad gratiam, quæ in efficaci vocatione cõsistit, ergo electio ad gloriam prior est electione ad gratiam, & sic admissum locū hunc explicuit Aug. de prædest. Sanct. c. 17. verbis supra relatis, electi sunt ante mundi constitutionem ea prædestinatione, in qua Deus sua futura facta præservit, quos enim prædestinavit, ipsos, & vocavit, illa scilicet vocatione secundum propostum, non ergo alios, sed quos prædestinavit, vocavit, nec alios, sed quos ita vocavit, ipsos, & iustificavit, &c. Resp. Hæc hanc explicationem novam esse, & violentam, & multo faciliorem esse hæc, & communior, è quos præfatis, benè usutos gratiæ, eos prædestinavit ad gloriam, quod probat ex Aug. lib. de prædest. Deic. 2. dicens, in præscientia virtutis prædestinatio fit remunerationis, ac etiam Fulgentii, & Ambrosii eodem modo loquentium, quate Adversarii potius existimant, locum hunc conerari non directè militate, quoniam dicens Paulus, quos præservit, & prædestinavit, antequam præscientiam prædestinationis, manifestè significat, prædestinationem esse effectum præscientiæ meritorum, sicut quia prædestinatio præponitur vocationi, dicitur, non esse causa ejus.

73 Verum cum hæc explicatio sit Aug. loc. cit. & non obiter, sed ex instituto hunc locum exponens, immerito quidem dicitur nova, & violenta, & frustra recurrit ad librū de prædest. Dei cap. 3. ubi hunc locum ex professo non explicat, præterquam quod Card. Bellar. de scripturis ecclesiasticis in observatione septimi tomii operū Aug. inquit, libellus de prædestinatione Dei non est sancti, Aug. cum in extremo libro doceat, prædestinationem esse ex prævisione operum, quam sententiam ubique Aug. oppugnat, undè parum est de illa auctoritate curandum, sicut & de aliis ejusdem libri; si tamen consilium haberet sententiam in illis libris magis authenticis, explicari debet iuxta sensum, quem ipse docet loc. cit. de prædest. Sæctorum cap. 17. cum ibi ex instituto locum illum epistolæ ad Rom. 8. exponat, ubi adjuncta id explicat, ut præscientia ad prædestinationem p̃cedat, ut sensus sit, ideo

